



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 93. Scriptorum A catholicorum opera & obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. dogmaticum, & Catechisticum juxta  
 A. C. 1722. mentem S. Doctoris Thomæ Aquinatis

IV. Ludovicus Gerardus de Cordemoy  
 Sorbonæ Doctor ex Ordine Cisterciensium  
 edidit Methodum, qua Patres in pertractandis  
 mysteriis usi sunt, relationem colloquii Lutheri  
 cum Diabolo, Historiam Franciæ, literas novorum  
 Catholicorum in Insula Arvetana contra Jurieum,  
 epistolam cujusdam Abbatum vocati ad Filium  
 suum in Angliam profugum contra Systema  
 Juriei, Tractatum de invocatione Sanctorum  
 & de Eucharistia & contra Socinianos, æternitatem  
 inferni, desideria Cæli, varii tractatus & literas  
 polemicas, tractatum de infallibilitate Ecclesiæ  
 & sancti Imaginibus, SS. Reliquiis, & devotione  
 S. Cordis & Matris Dei.

§. XCIII.

*Scriptorum A catholicorum opera  
 & obitus.*

Ex A catholicis Scriptoribus recentioribus  
 merentur. I. Henricus Pippin qui scripsit  
 dissertationem de curia novitatis studio,  
 de Saule per Muscoviam erecto, memorias  
 Theologorum, de triplici corona Romani Pontificis,  
 & alia multa.

lius valoris, quæ Anno 1708. collecta Sæc. XVIII.  
 sub titulo *exercitationum juvenilium* typis A. C. 1722.  
 prodierunt. II. Joannes Michael Hei-  
 neccius publici juris fecit Syntagma  
 historicum de veteribus Germanorum  
 Sigillis, Annales Goslarienses, dispu-  
 tationes de Pauli Dialogomeno, de ab-  
 solutione mortuorum tympanicorum in  
 Ecclesia Græca, Historiam Historiæ,  
 de Jureconsultis Christianis priorum  
 sæculorum &c. III. Ludovicus Cap-  
 pellus edidit arcanum punctationis re-  
 velatum, critica Sacra a Buxtorfio re-  
 futata, historiam Apostolicam illustra-  
 tam, chronologiam Sacram, commen-  
 taria in Apocalypsin & alia quædam.  
 IV. Campegius Vitrigne posteris reli-  
 quit Epitomen Theologiæ naturalis,  
 dissertationem de progressu caussarum  
 secundarum, & de nomine Spiritus S.  
 secundæ Personæ Trinitatis applicato.  
 V. Joannes Jacobus Schudt scripsit vi-  
 tam Jephthe, Trifolium Hebræo - Phi-  
 lologicum, compendium Historiæ Ju-  
 daicæ, epistolam de memorabilibus  
 Sæculi XVII. in rebus Judæorum, Ju-  
 dæum Christicidam, genium & indo-  
 lem linguæ sacræ, & alia quædam.  
 VI. Georg Brendel Fanaticus Pastor,  
 qui sub nomine Gratiani Pantophili  
 edidit fundamenta veritatis de unica  
 Ff 4 reli-

Sæc. XVIII religione incrementum Christianismi  
 A. C. 1722. & elucidationem in doctrinæ de con-  
 scientia, cum autem in suis libris  
 crassos foveret errores v. g. quod  
 vera Religio se ad omnes sectas dis-  
 fundat, quod Spiritus sanctus ex ma-  
 tura sit in cunctis hominibus & pro-  
 prius sit hominibus Spiritus, quod  
 conscientia sit habitus procedens à  
 Patre & Filio. &c. hinc a Wernsdor-  
 fio & Chladenio acri lixivio  
 depexus est.

